Porci sunt homines vocis et ratione expertes lutulentis actibus decliti in monte superbie pascentes, et nisi quis porci more vixerit diabolus in eum potestatem non accipit vel ad probandum tamen non est ad perdendum accipit.

vidit ante illum
et exclamans voce
magna dixit.
Quid mihi et tibi est Iesu
fili dei altissime.
obsecro te ne me
torqueas. Praecipie
bat enim spiritui in
mundo ut exiret
ab homine. Multis enim temporibus
arripiebat illum et vinciebatur
cathenis et compedibus custoditus et
ruptis vinculis agebatur a demo
nio in deserto. Interrogavit autem
illum Iesus dicens. Quod tibi nomen
est? At ille dixit legio quia intrave
runt multa demonia in eum.
et rogabant illum ne imperaret
illis ut in abyssum
irent. Erat autem ibi
grex porcorum multorum

quoniam nos sumus legio non unus spiritus tantum.

primi parentes post culpam nudati leguntur. hec stola redeunti filio offertur. nec in domo conscientie quiescebat sed in mortuis operibus corporis quasi in sepulcris manebat.

Arrius contendit esse creaturam quem demon confitetur dei filium. Iudei dicunt in principe demoniorum eicit demones. quos demonia negant aliquid secum commune habere.

Sciebant demones per adventum domini se aliquando in abyssum mergendos non ipsi futura pestilentia.

o- tes sed pphari de se
dicta recolentes.

rcorum pascentium
in monte et rogabant eum ut
permitteret eos in illos ingredi
et permisit illos. Exierunt ergo
demonia ab homine et intra
uerunt in porcos et impetu abi
it grex per preceps
in stagnum
et suffocatus est.
Quod ut uiderunt
qui pasce
bant fugerunt
et nuntiauerunt
in ciuitatem et in
uillas. Exierunt
uidere quid factum est
et uenerunt ad ihesum et inueniunt
hominem sedentem a quo demo
nia exierant uestitum ac sana
mente ad pedes eius et timuerunt.
Et narrauerunt illis et hii qui

Aut liberato populo
gentium a demoni
bus dominatione in
creduli in abditis
agunt suos ritus
sacrilegos ceca et
profunda curiosita
te submersi et impe
tu feruntur in pre
ceps quia nullius
meriti contempla
tione reuocantur
sed ad inferiora per
improbitatis pro
cliue decursi suffo
cantur intercluso
uitali commeatu
spiritus in aquis uolup
tatum huius mundi.

Audite clementiam domini. nullum prius
ipse condempnat. sed unusquisque
ipse sibi auctor est pene non mittunt
in porcos demones. sed ipsi petunt
quia celestis luminis claritatem fer
re non possunt. unde et ante tempus
debita sibi tormenta formidant.

Permittit ut per interfectionem porcorum
detur occasio salutis hominibus pa
stores enim uidentes statim nun
tiant. In quo notandum quod nec in
porcis nisi permissa demonia nocere
possunt. multo minus hominibus
possunt nocere nisi occulta dei iustitia
permittante.

Pastores fugiunt quia nec philosophi
gentium nec principes synagoge
perimentibus possunt offerre medi
cinam. et licet christianam fugiant
legem potentiam tamen eius stupen
do et admirando predicant.

Significat multitudinem sua
uetusta delectatam honorare
quidem domini sed nolle pati christia
nam religionem dum dicunt
quod eam non implere possunt.
mirantur tamen fidelem populum
a pristina conuersatione sanatum.
et sedere ad pedes domini. id est sane men
tis examine uestigia saluatoris
que sequatur intueri et uestitum
studiis uirtutis que deceptus amiserat.

Conscii fragilitatis sue pre sentia
domini se indignos iudicant non
capientes uerbum dei et infirma
mente pondus sapientie non susti
nentes. et ideo diutius molestus non
sunt sed regrediuntur. Quare curate...

declinatur multos sed cito deserit infirmos quibus honeri uidet sua esse presentiam.

Ipse autem etc. Quando de synagoga ad gentes transiuit ipse sompnio nauis tempestate pressa memoratur. hic nec ipse dormit nec nauis periclitatur. quia christus resurgens a mortuis etc. tamen et in hoc innuitur quod passionis eius triumphus et resurrectionis gloria credituris iudee populis intimabitur et cum predicato mortis sue uexillo crucis ab hebreis cepit qui repetita naui in qua dormierat patriam reuisit.

Redi in domum etc. post remissionem peccatorum redeundum est in bonam conscientiam et seruiendum euangelio propter aliorum etiam salutem ut cum domino demum requiescat. Si cum iam ipse uult esse cum christo negligat ministerium predicationis accommodatum fraterne liberationi. Unde apostolus. Cupio dissolui et esse cum christo multo melius manere autem in carne necessarium propter nos.

Excepit etc. In fine seculi cum ad iudeos redibit per fidei confessionem libenter excipietur quia expectant eum sicut ait propheta. dies multos expectabis me. non fornicaberis et non eris cum uiro. quia nunc synagoga nec est subdita christo uiro nec fornicata cum idolo longa expectatione sponsi amplexum prestolans. Huic lectioni consequenter subiungitur mors filie archisynagogi. quam dum properat suscitare dominus precipit sanitatem emorroissa mulier in figura gentium que post uenientes

uiderant quomodo sanus factus esset a legione et rogauerunt eum omnis multitudo regionis gerasenorum ut discederet ab ipsis quia timore magno tenebantur. Ipse autem ascendens nauim reuersus est. Et rogabat illum a quo demonia exierant ut cum eo esset. Dimisit autem eum ihesus dicens. Redi in domum tuam et narra quanta tibi fecerit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem predicans quanta illi fecisset ihesus. Factum est autem cum redisset ihesus excepit illum turba. erant enim omnes expect

Ut iam sanctam [illegible] ... [illegible] sa uitetur et infidelibus sit exemplo.

Ipse autem etc. qui relictis parentibus id est post resurrectionem quam tamen acta passionis sue tempestate gentibus procurauerat salutem iam in patriam restituitur. quia postquam plenitudo gentium intrauerit tunc omnis israel saluus fieret.

tantes eum. Et ecce venit quidam nomine
¶ moyses. s. qui dicitur iayrus et dicitur populus
¶ illuminatus.
iayrus. et ipse princeps synagoge
instruxit.
erat. et cecidit ad pedes ihesu ro
gans eum ut intraret domum
¶ .i. synagoga lege et prophetis instructa
eius quia unica filia erat illi

Suscitaturus mortuam
ad fidem faciendam
prius curat emorroi
dam. sic et elizabeth ste
rilis partitura indica
tur ut concepta virgo
maria credatur.

Hec mulier verecunda
fimbriam tangit fide
lis accessit religiosa
credidit. sapiens se esse
sanata cognoscit. sic
plebs gentium que deo
credidit peccatum erubuit
ut desereret. fidem de
tulit ut crederet devo
tionem exhibuit ut re
rogaret. sapientiam
induit ut sanitatem
suam. et ipsa sentiret
fiduciam sumpsit.
ut fateretur quod pre
ripuisset alienum.

Si consideremus quanta
fides nostra et intelligamus
quantus sit filius dei
videmus quia compa
ratione eius fimbriam tangimus superiore

ta
fere annorum
xii. et hec mo
riebatur. et
contigit dum
iret a turbis
comprimebatur.
et mulier
quedam erat
in fluxu san
guinis ab
annis xii.
que in medi
cos erogave
rat omnem sub
stantiam suam

o.

prius sanantur. venit igitur ad ihesum prin
ceps synagoge in figuram eiusdem
synagoge. moyses. s. qui merito
iayrus dicitur .i. illuminatus a deo
vel illuminans alios dum verba
vite que a spiritu sancto acceperat aliis
ministrat. cadit ad pedes. quia legis
lator cum toto illo populo christum
in carne venturum longe sibi in
telligebat esse preferendum. rogat
intrare domum quia desiderabat eum
videre. unde multi reges et pro.
vo. vi. et c. huic erat unica filia
.i. synagoga sola legali institu
tione composita. que cum ad xii.
annum pervenisset .i. cum per legis
et prophetarum institutionem edocta
ad annos intelligibiles pervenisset
ut iam apostolica doctrina imple
ret. et deo spirituales fructus gig
neret moriebatur erroris lan
gore. ad hanc sanandam diu carne
assumpta properat dei filius. gra
vatur noxia consuetudine car
nalium populorum. et ecce mulier .i. ecclesia
de gentibus congregata que maiorum
lapsu criminum deprivata cetu fi
delium segregata paratam aliis
prestolans fide salutem ab annis xii.

Medici demo
nes qui quasi
consultores
hominibus pro
deo se coli exi
gunt. quibus
servierat genti
litas.

quo tempore syna
goga in cultu dei
creverat. eodem tem
pore gentilitas per
orbem ydolatrie
fame sordebatur.
et carnis oblectati
one que substantiam .i.
naturalis industrie
vires expenderat in
medicos .i. philosophos et legis doctores
qui multa de viciis et virtutibus

disputauerant. et precepta uiuendi de derant nec per eos curari poterat. set ut marcus ait deterius habebat. sed ut uidit iudeos egrotare et uerum medicum uidit adesse sperat et querit medicinam accedit per fidem. appropinquat retro post dominum suum ambulando. uel quia dominum in carne non uidens pacis incarnationis

Fimbriam tangit qui in carnationis misteria perfecte amat et credit donec ad maiora capienda perueniat.

sacramentis per fidem cepit eius uestigia subsequi. tangit fimbriam et undam sanguinis restringit quia beatus et uere mundandus qui uel minimam uerbi partem manu fidei contigit.

Non latet eum quicumque tangit eum. deus non indiget oculis ut uideat. nec corporaliter sentit. sed in se habet cognitionem omnium.

Mundata ecclesia gentium a profluuio uiciorum et cognominata filia ob fidei meritum nuntiatur synagoga leto presidere et intuidie soluta. quia in christum non credidit et eciam credere doluit. nuntius iste est quicumque credit statum synagoge a deo destitutum ut restaurari non possit. ideoque pro restauratione eius supplicandum esse non credit. sed que impossibilia apud homines possibilia sunt apud deum unde sequitur ihesus autem etc.

Filius uidue puplice suscitatur hic pauci admittuntur. in quo moraliter pietas domini notatur. quia uidua mater unici non patiebatur moras. et ideo amplius ne afficeretur natum

nec ulli potuit curari. accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti et confestim stetit fluxus sanguinis eius. et ait ihesus. Quis me tetigit. negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum illo erant. preceptor
(quasi dicat multi qui te tetigerunt)
te turbe comprimunt et affligunt et dicis. quis me tetigit.
(quasi dicat non corporis sed fidei tactu quero)
et dixit ihesus. aliquis me tetigit fidei.
nam et ego noui uirtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit ei tremens

uestimenti eius partem nequiuimus tangere.

Quem turbe diuersis heresibus affligunt sola catholica ecclesia fideli corde tangit. nam alii tangentes non tangunt. sicut uidentes non uident. et audientes non audiunt. unde marie dicitur. noli me tangere. nondum ascendi ad patrem meum.

Non querit ut doceatur que nesciat sed ut uirtus fidei mulieris appareat.

Virtus que procedit omnibus iniquitatibus nostris et sanat omnes infirmitates nostras non ex nobis set ex deo erit.

uenit 7 procidit ante pedes eius et ob
quam causam tetigit eum indicauit coram
omni populo 7 quemadmodum confestim
(per fidem.)
sanata sit. At ille dixit illi. filia fides tua te sal
(non factura est sed facta. ideo enim iam sanata es quod credidisti.)
uam fecit. uade in pace. adhuc loquente illo ueniunt qui
dam ad principem synagoge dicentes ei quia mortua
est filia tua noli uexare illum. Ihesus autem audito hoc
uerbo respondit patri sue puelle. noli timere sed crede
(paucos arbitros resurrectio)
tantum. 7 salua erit. et cum uenisset
(nis quia non a multis continuo credita est resurrectio.)
ad domum non permisit secum in
(petrus iacobus 7 iohannes)
trare quemquam nisi petrum et io
(fides. spes. caritas. pater et mater ecclesia.)
hannem et iacobum 7 patrem et
matrem puelle.
flebant autem
omnes 7 plan
gebant illam.
At ille dixit.
Nolite fle
(esse)
re non est mortua puella sed
(qui non credit deridet.)
dormit. et deridebant eum
scientes quod mortua esset. Ipse

Pater puelle cetus doctorum legis. scilicet scribe et pharisei. qui si credere noluerint et subiecta eis synagoga sanata erit.

Flent mortuos suos qui putant mortuos ubi est fides resurrectionis non mortis species sed quietis est.

tas additur. Significatur etiam in filio uidue ecclesia in credentia et archisynagogi filia iudei quidem credituri sed ex pluribus pauci

Petrus iacobus et iohannes fides. spes. caritas. pater puelle doctores legis.

Moraliter. Cum anima peccatis moriatur si tamen a christo suscitari meretur nobis quidem mortua fuisse sed deo dici potest obdormisse.

Flent qui synagogam a deo quasi uita alienam uident et dolent nec amplius posse uiuificari putant. et illa que sponsi presentiam qua uiuere deberet amisit quasi inter plangentes mortua iacens nec hoc ipsum quidem quare plangatur intelligit.

Non est mortua et cetera. Mortua hominibus qui suscitare non possunt non deo cui et anima uiuit et caro resuscitanda quiescit.

Merito exclusi sunt qui deridere

pocius quam credere malebant indigni
uidere resurrectionis miraculum.

Anima quis a morte anime christo se ma
num confortante resipiscit a sordibus
uiciorum debet exsurgere et sicut mandu
cat in bonis operibus ambulare et celesti
pane necesse est ut mox satietur id est uerbi
dei exaltatus.

Sicut publica noxa publico eget
remedio. ita leuia peccata leuiori et
secreta queunt penitentia deleri. Unde
puella in domo iacens paucis arbi
tris exurgat eisdemque ne miracu
lum uulgarent interdicitur.

IX Concessa primum potestate signorum mittuntur
predicare regnum dei ut magnitudini
promissorum attestetur etiam magnitu
do factorum et fidem uerbis daret uirtus
ostensa et noua facerent qui noua predicarent.

In marcho legitur ut nichil tollerent
in uia nisi uirgam tantum. sed sciendum
est quia utrumque preceptum est a domino
ut nichil nisi uirgam ferrent et ut nec
uirgam ferrent. non uirgam ferre est non
esse sollicitum de hiis que necessaria sunt
humane sustentationi quia hec deben
tur predicatoribus ab hiis quibus predi
cant quando sine scandalo possunt
accipi. nil ferre nisi uirgam est cum illa
potestate accipiendi necessaria que data
est predicatoribus unde manducantes et
bibentes que apud illos sunt.

Ne circuirentis per domos et inuiola
bilis hospitii iura mutetis. Unde secundum
marchum domus in qua manere debe
ant prius eligenda ut mutandi hospi
cii necessitas auferatur.

ancillam tenens
manum eius
clamauit
dicens. puella surge. et reuer
sus est spiritus et resurrexit conti
nuo. et iussit illi dari mandu
care et stupuerunt parentes
eius. quibus precepit ne cui
dicerent. quod factum erat. Con
uocatis autem ihesus .xii. apostolis
dedit illis uirtutem et potestatem
super omnia demonia et ut
langores curarent et misit
illos predicare regnum dei
et sanare infirmos. et ait
ad illos. nichil tuleritis in
uia neque uirgam neque peram
neque panem neque pecuniam.
et neque duas tunicas ha
beatis. et in quamcumque do
mum intraueritis

in testimonium ueritatis ut non fantasma
sed ueritas crederetur.

Christus. in duabus tunicis duplicitatem prohibet.

Tenet manum quia nisi
manus uideorum que san
guine plene sunt prius
fuerint mundate synagoga
goga non surget.

Simplex uestimen
tum.

tum est quicquid necesse cuique secundum qualitatem loci uel temporis. duplex est quod ultra necessitatem est

¶ quamdiu in illa ciuitate predicabitis.

tis ibi manete & inde ne exeatis. & quicumque non receperint uos exeuntes de ciuitate illa & puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant castella euangelizantes et curantes ubique.

Puluis excutitur in testimonium laboris sui quod ingressi sunt ciuitatem & usque ad illos predicatio peruenerit. Vel excutitur ut nichil ab eis accipiant qui euangelium spreuerunt nec etiam necessaria uite.

Mystice. Ne considerentur manibus gestis pro fide que pulueri comparantur sunt ne caste mentis uestigium polluant. Puluerem uero fidelis populi qui humana fragilitate colligitur debet predicator euangelii abolere et quasi suum in se suscipere. Unde apostolus: quis infirmatur et ego non infirmor? quis scan. & c.

Et curantes. In mattheo legitur: exeuntes predicabant ut penitentiam agerent & demonia multa eiciebant & ungebant oleo multos egros et sanabantur.

Notandum quod herodes propter dissonos populi prius hesitauit. sed postea confirmato animo dixit pueris suis ut apud matheum & marcum legitur: hic est iohannes baptista ipse a mortuis surrexit. et ideo uirtutes operantur in eo.

dum hec fierent a domino in galilea herodes decollauit iohannem.

Audiuit autem herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo & hesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia iohannes surrexit a mortuis. a quibusdam uero quia helias apparuit. ab aliis autem quia propheta unus de antiquis surrexit et ait herodes. Johannem ego decollaui. quis autem est iste de quo ego talia audio & querebat uidere eum. et reuersi apostoli nuntiauerunt illi

¶ ut forte si ipse sit iohannes possit agnoscere.

Quem iohannem cuius nullum signum uiderant resurrexisse dicebant. per summam maliciam ihesum resurrexisse negant cuius tanta mirabilia opera uiderant. in cuius passione etiam elementa miranda contigerunt.

Et nuntiauerunt et cetera. Narrant apostoli domino que fecerunt & quomodo docuerunt et quomodo iohannes dum ipsi docent passus sit. ¶ Sequitur: et assumptis illis se. et c.

Decollato iohe secedit in desertu. quia relicta iudea que p[ro]phie caput sibi non credendo abstulerat in deserto eccle que uiru non habebat uerbi pabula largitur: unde & bethsaida domus fructuu interpretatur. & transeuntem ad gentes multe caterue fidelium relictis menibus & menbus prisce conuersationis. neglecto & uariorum dogmatum munimine eum secuntur: ut qui prius in iudea tm notus erat iam sup omne terram exaltaretur.

Declinata die reficit. quia i fine seculorum appropinquante uel cum sol iustitie occubuit a spuali fame sumus saluati. & nota ordine misterii. prius per remissione peccatorum uulneribus medicina tribuitur: postea alimonia mense celestis expenditur.

Non ociosis non in ciuitate se synagoge uel secularis dignitatis residentibus set inter deserta xpm querentibus celestis gre alimonia impertitur: qui enim non fastidiuntur a xpo suscipiuntur et spualiter & corporaliter etiam sunt indigent curat & nutrit. & nota qz postquam facta e mentio passionis iohannis xpc reficit. & post defectum legis euangelicus cibus incipit. Denique postquam curata e mulier que gestat figuram eccle. & postquam apostoli ad predicandum sunt missi mentio refectionis qz per apostolos in eccla uera refectio sit.

Vos date & c. puocat aplos ad fractionem panis ut uis se non hre testantibus magnitudo signi notior fiat. in sinuat etiam qz p eorum doctrinam te

quecumque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in [i. primeni & inimus] locum desertum [bethsaide ciuitati] qui est [galilee] bethsaide. quod cum cognovissent turbe secute sunt illum. [fatigatos] et excepit illos. & loquebatur [docet inscios] illis de regno [non de secularibus] dei. & eos [i. egros] qui cura indigebant sanabat. Dies autem ceperat declinare. & accedentes xii. dixerunt illi. Dimitte turbas ut euntes in castella uillasque que circa sunt diuertant et inueniant escas qz

Non timore mortis set parcens inimicis ne homicidium homicidio uingeretur.

Secessit & c. cum turbe uoluntatem quidam eundi set puemendi uires non habent iso egreditur dominus de loco suo & pgit obuiam & turba miseretur. uitat langores ut fides plena statim premium consequatur.

Secute sunt & c. non iumentis non uehiculis sz ppio labore pedum ut ardorem mentis ostenderent.

Nemo cibum xpi accipit nisi antea sanatus fuerit. quia post remissionem peccatorum tribuitur alimonia celestis.

hic in loco deserto. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. At illi

Non sunt nobis plus quam .v. pa[nes]. Nondum erant apostolis nisi .v. panes mosaice legis et duo pisces id est ille persone qui in israelitico populo inungebantur ad regendum populum sacerdotes et reges in quibus nulla plenaria refectio poterat inveniri. Quamdiu enim legitur moyses velamen positum est super corda eorum.

Nota quod dominus utrique pro viribus bona tribuens ad perfectiora semper provocans. ne aut infirmum validior cibus opprimat aut validum exilia alimenta non satient. primo .v. panibus ordeaceis .v. milia hominum. secundo .vii. panibus quatuor milia hominum reficit. tertio discipulis suis carnis et sanguinis misterium credit. ad ultimum magno munere dat electis ut edant et bibant super mensam suam in regno.

Divisi convivantium discubitus divisos per orbem ecclesiarum significant conventus. quinquagenarium autem discumbunt qui adhuc in penitentia pectorum

dixerunt. non sunt nobis plus quam .v. panes et duo pisces nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem viri fere .v. milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per convivia quinquagenos et ita fecerunt et discumbere

tuna corda cotidie sunt pascenda.

Nondum intellexerant apostoli cibum populi credentis non esse venalem set noverat dominus nos potius esse redimendos suas vero escas gratuitas.

Per .v. milia significantur perfecti seculari adhuc habitu per .v. sensus corporis exterioribus que possident bene uti noverunt qui .v. panibus aluntur. quia tales adhuc necesse legalibus preceptis instituti et legali timore comprimi. nam qui mundo integre renuntiant et quatuor sunt milia. per evangelicam doctrinam et .vii. panibus et spirituali reficiuntur gratia.

Secundum alium evangelistam .v. milia super fenum discumbunt. quia illi quibus ad hoc sunt corporales mollioribus delectantur. omnis enim caro fenum. quatuor milia super terram discumbunt. plus est enim terram spernere quam super fenum iacere.

Non nova creat cibaria sed hiis que habent discipuli benedicit quia veniens in carne christus non alia quam predicta sunt predicat. set prophetie dicta misteriis gratie gravida demonstrat. aspicit in celum ut illuc dirigatur mentis acies ubi lux est sciencie. frangit et discipulis distribuit ut ponant ante turbas. quia clausa legis et prophetarum sacramenta eis ut per mundum predicent

patefecit. quod super est turbis dis
cipuli tollunt quia secretiora sacra
menta que iudei non capiunt
perfecti inquirunt. nam per .xii.
cophinos apostoli et eorum sequaces
significantur foris hominibus des
pecti. intus salutaris cibi reliquias
ad alenda humilium corda cu
mulati. elegit enim infirma
mundi deus ut fortia queque con(fundat) et ma
nus eius prius in cophino seruierat
iam per crucem christi uite celestis
operantur alimoniam et eo cibis
fidei congerit ut ante erat cenum p
| fidie gentes.

Quod manducans populus satia
tur significat famem imperpetuum
ab electis repellendam quia non
esuriet qui accepit christi cibum quem
apostoli ministrant futuram
diuisionem dominici corporis et san
guinis prenuntiant.

Cur .v. milibus hominibus plus re
dundat .iiii. milia uero minus
quia mulla quatuor triduo cum
christo fuerunt et ideo amplius celestis
pabuli acceperunt.

Post miraculum cum eum uellent
eum facere regem dimissa turba
fugit et ascendit in montem solus et
orare et antequam discipuli ascen
dent in nauiculam aderant cum
christo. ipse autem solus orat pro eis.
possunt enim sancti fide et amore deo
coniungi et cum excellentiorem
omnibus iniueri et conuersationem et
in carne passibus humilitatis
subsequi. set incomprehensibilia
paterne dispositionis archana solus ipse

fecerunt omnes.
Accepit autem .v.
panibus et duo
bus piscibus res
pexit in celum
et benedixit
illos et fregit
et distribuit
discipulis suis
ut ponerent
ante turbas.
et manducaue
runt omnes et
saturati sunt
et sublatum
est quod superfuit
illis fragmentorum cophini .xii.

Et factum est cum solus esset orans
et discipuli eius cum eo. et inter
rogauerunt illos dicens. Quem
me dicunt esse

o.
posita auditum uerbi
perciperunt. nam quinqua
gesimus est penitentie
psalmus. secundum alium euan
gelistam centeni dis
cumbunt. qui presumpta
uenie spe solo uite eter
ne desiderio suspirant
quia centenarius de le
ua transit in dexteram.

Frangendo multiplica
ti sunt panes ut pluri
mos pascant. lex enim
moysi dum exponitur
multos libros facit. in
lege dicitur. hec panem
frangit christus dividit hoc
cibum non aliunde addi
tiens. sed de suo partiens
Qui uiderit inquit ad con
cupiscendum mulie
rem iam me. est eam.
habes fragmentum.
de suo addidit. si oculus
dexter scan. et cetera. habes
aliud. et si dextera tua
abscide eam et qui
dimissam a uiro ducit
mechatur. uides ex uno
quod multa fragmenta.

Exploratis quidem
o..

discipulorum post vulgi sententiam inquirit ne apostolica fides videatur firmata vulgi opinione, sed veritatis cognitione. Et merito turbe nominantur que diversas de domino ferunt sententias, quorum sermo et sensus instabilis est et vagus. A quibus suos distinguens ait: Vos autem quem me esse dicitis.

Qui tacitat debet audientium considerare personas ne post irrideat qui audiat.

turbe. At illi res-
ponderunt. & di-
xerunt. Iohem
baptistam. alij
aut heliam.
alij quia propheta
unus de prioribus surrexit. Dixit
autem illis. Vos autem quem me
esse dicitis. Respondens Symon
petrus dixit.
Xpm dei. At ille
increpans eos
precepit ne cui
dicerent hoc di-
cens quia oportet
filium hominis
multa pati &
probari a senioribus & principibus sa-
cerdotum & scribis & occidi & tertia die resurgere.

(interlinear: quia non populi expectat sententias set suam promit.)

Unus pro omnibus et pre omnibus quia senior et princeps apostolorum.

Potes esse filius Ionie (columbe) si non in terra in pectore Christi recubas. Si te terrena non moveant, sed potius tu merearis tue intuite que terrena sunt contemptias. Si cato potestatem animi tui vereatur, si firmus ecclesie fueris.

neret et solus quod orandum novit orat. Cum discipulis autem non reperitur orasse set solus obsecrat quia dei consilium humana corda non capiunt nec quisquam potest interiorum particeps esse cum Christo.

Opinio de Iohanne sic forte erat quia in matris utero positus dominum presentiam sentiebat. De Helia quia raptus est ad celum et venturus creditur. De Ieremia quia in matris utero sanctificatus est.

Xpm dei. Complexus est omnia quia et naturam et nomen expressit. In nomine eius Christi et divinitatis et incarnationis est expressio et fides passionis. Omnis hereticus etsi nomen Christi non negat, Xpm tamen negat qui non omnia que Christi sunt confitetur.

Iubet tacere discipulos ut fallat principem mundi et ut declinet iactantiam, humilitatem doceat, simul ne adhuc rudes et imperfecti discipuli maioris predicationis mole premerentur. Completo autem passionis sacramento oportunius dicitur apostolis: Euntes docete omnes gentes etc. Tunc vero non prodesset eum puplice predicari dei filium quem mox erant visuri flagellatum et crucifixum. Prohibentur ergo eum evangelizare dei filium ut evangelizent postea crucifixum.

Que ad fidem dominice nativitatis vel passionis pertinent solis seorsum discipulis aperit. Sed hec ad omnes

Abneget semet. et cetera. nisi quis a se ipso deficiat ad eum qui super se est non appropinquat. et novitatem ad quam vocatur non apprehendet nisi mactet vetustatem in qua natus fuit. et cum cessat a viciis exequatur et virtutes unde subiungitur. et tol. c. s. et cetera.

Crux tollitur quando per abstinentiam corpus affligitur. vel compassionem proximi affligitur animus. quod etiam aliqui philosophi fecerunt. et sequatur me. hoc solus christianus.

Sicut persecutionis tempore ponenda est anima. ita in pace frangenda sunt desideria terrena. ut quanto videtur homo securior tanto sui ad sui custodiam sollicitior.

Quia aliquando temporalia despicimus sed humana verecundia propter edictam rectitudinem quam habemus in mente non audemus voce exprimere congruum medicamentum subiungit qui erubuerit. et cetera. persecutionis tempore poterant erubescere fideles si vel nudari. honoribus detrahi. verberibus affligi. pacis tempore sepe veremur a proximis despici iniurias verborum pati. priores satisfacere illis quibus sumus irati. habet ergo christianus et in pace ubi in confessione christi veraciter possit probari. scilicet si mittetur humilitate sui capitis.

Non sufficit ad perfectionem fidei vox confessionis quam defendit a verecundia professio generalitatis.

Vere sunt aliqui hic. et cetera. ex ardentissima animam per quam corpus morti offerre sustentat infirmitatem humane mentis remuneratione presentis ne

Dicebat autem ad omnes. Si quis vult post me venire abneget semetipsum et

Non tantum sua sed etiam semetipsum. scilicet quod fuerat homo vetus.

tollat crucem suam cotidie et sequatur me.

vel tempore persecutionis vitam presentem vitam carnis

Qui enim voluerit animam

custodire.

suam salvam facere perdet

vel in futuro. vel vitam eternam. vel eternaliter.

illam. nam qui perdiderit animam suam propter me salvam faciet illam. Quid enim

vel tempore pacis.

proficit homini si lucretur universum mundum se autem ipsum perdat. et detrimentum sui

vel id est erubescibilia

faciat. nam qui me erubuerit

de me confiteri noluerit.

et sermones meos hunc

vel abiciet.

filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Dico autem vobis. Vere sunt aliqui hic stantes

Qui stat cum christo non gustat mortem. quia nec tenuem mortis eterne sensum habebit qui hoc consortia

o.

meruit tum ne tm morte intumpitur ordo uiuen

di. Glorificationem corporis in transfiguratione .i. ymaginariam representa totem future beatitudinis uel ecclesiam dilatatam.

tes qui non
temporaliter.
gustabunt
mortem donec
uideant reg
num dei. Fa
ctum est autem post hec dies uer
ba fere octo. et assumpsit petrum.

Tres tamen ducit quia multi uocati pauci electi. et qui fidem sancte trinitatis inuiolatam seruant eterna merentur uisione letari.

Ut tribus idoneis testibus totius mundus crederet.

Qui claues celorum accepit.

Qui primus solus sacerdotem accepit.

Sed minores cognitione hos perfectiores fuisse ceteris tres apostolos. et significant illos et caritatem. uel per petrum sponsi sine coniugati. per iacobum patientes uel actuales. per iohem uirgines et theorici.

et iacobum
quem mater commendat.
et iohannem
et ascendit in

In montem orationis ascendit ut innuat quia qui resurrectionem expectant mentem in excelsis eleuare et continuis precibus debent insistere.

montem. ut
oraret. et facta

Apostolis dat signum de celo ut fides eorum augeatur. scribis temptationum dare noluit ut idolum

Transfiguratus non substantiam uere carnis amisit. sed gloriam uel sue uel future resurrectionis ostendit. qui qualis tunc apostolis tali post iudicium tunc his apparebit electis. nam

frangatur desperatione uel tedio. uisa enim eterna gloria et si in minimo et ad breue momentum fortiores. tamen quia ad usum mundi redduntur. promittit quod futuram gloriam in transitu uiderunt in terra. uel certius in celo sperentur eterna. uel promittit aliquos de discipulis uisuros dilationem ecclesie antequam per mortem recedant de mundo. ut in presenti contra mundi gloriam erecti certius credantur in celo regnaturi.

Post dies octo. alii qui se medios inumerant post sex etates seculi sabbati a labore quiescendi significant. lucas qui et primum quo promittitur et ultimum quo promissio impletur connumerat. octaua innuit resurgendum. nam sicut christus post sextam sabbati qua crucem ascendit. et post septimam sabbati quam in sepulcro quieuit. viii. die resurrexit. sic nos post. vi. seculi etates quibus pro domino patimur et laboramus et post septimam quietis quam ad alia gene utimur in alia uita gerimur. viii. etate resurgemus.

Pro possibilitate minorum cuiusque minuitur uerbum aut crescit. et nisi altioris prudentie cacumen ascendas non tibi apparet sapientia. non apparet misteriorum cognitio. non apparet quanta sit gloria. quanta sit species in dei uerbo sed apparet christus quasi sermo natus ex homine litterarum opertus inuolucris. et quasi heri de crede natum de uirgine. natum de spiritu. triumphantem in cruce mortuos suscitantem. et iam facta est facies tibi alterius

Uestes domini sancti sunt qui christum induerunt

tiunt. que uestis domino in terris con
sistente despicabilis et aliorum similis uisa
est. set domino montem ascendente
fulget quia nondum apparuit quid
erimus set tandem similes ei erimus
quando eum sicuti est uidebimus. vel
uestimenta domini sermones diuine
scripturarum et quedam indumen
ta diuini intellectus. quia sicut
illis apostolis in altera specie appa
ruit ipse et uestis eius refulsit. ita et
oculis mentis tue iam diuinarum
sensus albescit lectionum.

Per moysen mortuum significantur
sancti qui ab initio mundi usque ad
diem iudicii defuncti in ipso iu
dicio sunt resuscitandi. per helyam
uiuentem qui uiui inuenientur
qui in maiestate uidentur: quia
cum christo regnabunt gloriosi qui
excessum eius dicunt. quia tunc
sancti misericordiam domini laudabunt qui pro
salute eorum dignatus est mori et pati.

Moyses id est legis lator et helyas pro
phetarum eximius apparent cum illo et
ostendant ipsum esse qui locutus est in le
ge et prophetis quem lex et prophete pro
miserunt qui non in infimis set in
monte uisi sunt. qui soli mente gene
ralem maiestatem scripture sacre que in
domino completa est prospiciunt dice
bant excessum esse quem completu
rus erat. quia lex et prophete quos cum
quis in cacumine fidei inuenerunt
dispensationis diuine misterium docent.

Tres testes hinc de terra apostolos. et
de celo moysen et helyam et ipsum presentem
deprehendimus in medio eorum est dei filius

est dum oraret
species uultus eius
s. altera.
altera et uestitus
sicut
eius albus et re
sol.
fulgens et ecce
duo uiri loque
bantur cum eo.
Erant autem
moyses et helyas
uisi in maie
state et dicebant
excessum eius
quem comple
turus erat in
ierusalem. Pe
trus uero et qui cum
illo erant graua
ti erant somp
nemo uigilans
no et euigilan
uidet gloriam dei.
tes uiderunt
maiestatem eius

in ipso iudicio et bonis
et malis in sua forma
apparebit ut uideant
in quem pupugerunt.

Ideo uiuus et mortuus
apparent ut significent
christum mortuum et
tamen uiuum ut et nos
uiui simus deo et mor
tui mundo.

Per moysen inferna
les. per helyam cele
stes. per apostolos
terrestres ad iudici
um dei futuri significantur.

Sciendum non corpora
uel animas helye et moy
si apparuisse set ex
aliqua subiecta crea
tura illa corpora fuisse
se formata. potest etiam
credi angelico ministerio
illud factum esse ut angeli
eorum personas assumerent.

Sompno grauantur quia
splendore incomprehen
sibilis deitatis premuntur
sensus humani corporis.
vel sompno grauantur
ut resurrectionis glo
riam post corporis quie
tem uident etiam sancti
eo uerius maiestatem
domini uidebunt quo car
nis sue in qua mortem
uiderant immortalita
te gaudebunt tunc

moysen et helyam specu
labuntur in gloria quia
melius intelligentes
nec unum iotha aut unus
apex non preteribit a
lege et quomodo dominus
legem et prophetas non sol
uit set adimplevit.

Quomodo noscunt quos
antea non viderunt
per maiestatem super
eos venientem sicut
in futura resurrecti
one unusquisque al
terum cognoscet et de
siderata esse tam male
vero per caritatem intel
liget.

Et si ex in
firmitate ignorat pla
cet tamen obsequium devotio
unde et nubes obum
brat. divinum spiritus est ista
obumbratio que non
caligat affectibus homi
nis. set revelat occul
ta cordis. cuius presentia
ostenditur audita vo
ce dicentis. hic est filius
meus dilectus. et cetera.

et duos istos
qui stabant
cum illo. Et
factum est cum disce
derent ab illo
ait petrus ad
ihesum. preceptor
Unde apostolus. cupio
bonum est nos
dissolvi. et esse cum christo.
hic esse. et facia
mus tria taberna
cula tibi unum et
unum moysi
et unum helye
nesciens quid
diceret. Nec
dum autem illo loquen
te facta est nubes et obumbra
Scilicet dum a nube
vit eos. et timuerunt. Intran
pregererentur.
tibus autem illis in nubem et
vox facta est de celo dicens. hic est filius
meus dilectus ipsum

Hic non helyas non moy

cum soleat sufficere testimonium duorum
hic est testimonium plurimorum.

Qui ad montana conscendat non
vult ad terrena descendere set semper
in sublimi perseverate. et est petrus
in persona ingredientium regnum
dei. Bonum est hic nos esse. Bonum est
in regno dei esse. quia nos soli hac luce
fruemur non videre mundi. tria tab
nacula. id est tria cogitationes et opera.

Et si petrus ex sua infirmitate nes
cit quid dicat tamen sibi dat
ardoris indicium. dum eis quos videre
delectabat et officio insistere querit
errabat quia in terra et in hac mor
tali carne sibi et coapostolis suis da
ri cupiebat regnum quod in celis
et carne mortali expoliatis est
promissum. Sic errant qui tria
tabernacula legi et prophetis et evan
gelio facere desiderant cum ad
invicem hec non discrepent. Non
tria set unum hiis tria tabernaculum. id est etiam
dei.

Quia materiale tabernaculum quesivit
nubis accepit obumbraculum ut
discat in resurrectione non tegimine
domorum set spiritus sancti gloria sanctos esse prote
gendos.

Et timuerunt et cetera. timent quia hu
mana fragilitas conspectum ma
ioris glorie ferre non sustinet et
quanto quisque ampliora quesierit
tanto magis ad inferiora collabi
tur si mensuram suam ignoraverit.

Vox patris petrum sublato terrore
docet veritatem. et nota quod sicut do
mino baptizato sic et transfigurato

misterium trinitatis declaratur. quia gloriam
quam in baptismate confitemur in resur
rectione videbimus. Spiritus ibi in columba
hic in nube lucida. quia qui nunc simpli
ci corde fidem servat tunc aperta luce
visionis contemplabitur quod credi
dit ipsaque qua illustrabitur in perpetuum
gloria proteget.

Tres in principio videntur unus in fine
reperitur: quia in fide perfecta unum sunt.
omnes enim in corpore Christi unum sumus.
vel fortasse quia lex et prophete ex verbo
ceperunt in verbo desinunt. finis autem
legis est Christus ad iusticiam omni credenti.

Domino iubente donec filius homi
nis a mortuis resurgat ne incredibile
sit pro rei magnitudine et post tantam
gloriam apud rudes sequens crux scan
dalum faciat.

Pro qualitate meritorum cotidie domi
nus ascendit. aliis dum perfectos quorum
conversatio est in celis sublimius extol
lendo glorificat et de eternis instruit
et docet que a turba nec audiri va
leant. aliis ascendit dum terrenos et in
sipientes confortat docet et castigat.

Matheus lunaticum marcus surdum
et mutum describit. significat autem
illos qui ut luna mutantur num
quam in eodem statu manentes sed
per diversa vitia crescunt et decrescunt
qui nec fitentur nec ipsius fidei volunt
audire sermonem.

Et rogavi etc. Latenter discipulos accusat
impossibilitatis cum impossibilitas ali
quando non ad curatorem sed ad curandum re
feratur. unde dominus fiat
tibi secundum fidem tuam.

audite. Et dum
fieret vox inven
tus est Ihesus solus.
Et ipsi tacue
runt et neminem
dixerunt in illis
diebus quicquam
ex his que vi
derant. Fa
ctum est autem
in sequenti di
e descendentibus
illis de monte
occurrit illis
turba multa.
Et ecce vir de
turba exclamavit
dicens: Magister obsecro
te respice in filium meum quia
unicus mihi est. Et ecce spiritus apprehen
dit illum et subito clamat et elidit et dissipat

sed secundum quem solum
videtis huic figen
dum est tabernacu
lum in corde.

Inventus est Ihesus solus.
Recedunt illi ubi
dominus cepit de
signari ne ad ser
vos vox patris
missa putetur.
Conspice ablata nu
be cum nescienti
bus Helya et Moyse
solus cernitur: quia
et legis et prophetarum
umbra discedente
verum lumen
choruscante evan
gelii gratia reperitur.

In monte orat do
cet maiestatem
suam demonstrat.
patris vocem apostolis
pandit. descendens
a turba excipitur:
miserorum fletu pul
satur infidelita
tis peccata expro
bat malos spiritus ex
pellit.

eum cum spuma et uix discedit dilanians eum. et rogaui discipulos tuos ut eicerent illum. et non potuerunt. respondens autem ihesus dixit illis. o generatio infidelis et peruersa usque quo ero apud uos et patiar uos? adhuc filium tuum. et cum accederet elisit illum demonium et dissipauit. Et increpauit ihesus spiritum inmundum et sanauit puerum et reddidit illum patri suo. Stupebant autem omnes in magnitudine dei. omnibusque mirantibus in omnibus que faciebat dixit ad discipulos suos. ponite uos in cordibus uestris sermones istos. filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. at illi ignorabant uerbum istud. et erat

¶ Qui non crederetis et falso arguitis discipulos.

Et increpauit et cetera. non puerum cum faciens. sed diabolum illi inferens increpat. quia qui peccantem uult sanare uicium debet arguere et depellere. sed hominem amando refouere donec sanatum spiritalibus reddat patribus ecclesie.

Usque ero et cetera. non est tedio affectus dominus nec iratus homini sed uicio sicut medicus quando uidet egrotum contra sua precepta agentem increpat illum tunc artis sue industriam faciat pure se aliud uidente illo aliud patiante. sed per istum unum iudei arguuntur infidelitatis. unde et additur. adhuc huc et cetera.

Dum puer ad dominum accedit eliditur. quia conuersi ad dominum plerumque a domino grauius pulsantur ut uel uicia ad reducantur uel de sua expulsione diabolus se uindicet sicut in principio nascentis ecclesie multa et grauia opposuit certamina illis quos suo regno subtrahi uidebat.

Ponite et cetera. uos qui meo discipulatui adhesistis. quibus archana mea manifestaui apud preciosi sanguinis quo mundus redimendus est euentum mente recondite. dum ceteri mirantur tantum facta diuine altitudinis.

Inter magnalia potentie diuine sepe replicat abiecta passionis humane. ne subito ueniens terreat sed leuius feratur precognita.

Hec ignorantia non tam de tarditate quam de amore nascitur. quia adhuc carnales et misterii crucis ignari quem deum crediderunt mo

rirum credere nequeunt. sed sicut per fi
guras loquentem audire solebant.
sic et quod de sua traditione loquebatur
figuraliter aliud significare putabant.

Qui imitatorem christi recipit christum
recipit. et qui ymaginem dei recipit deum re
cipit

Vel simpliciter pauperes christi ab aliis qui
volunt esse maiores pro eius docet amo
re esse suscipiendos. vel parvulos ma
litia esse docet. ut pueris innocentie sim
plicitatem conservent. ut formam vir
tutis quam natura duce puer observat
ipsi pro nomine christi sequantur grandi ista.

Conformaverunt in se puri humilitatem
studio virtutis quam puer habet beneficio etatis.

Non solum secundum quod homo ex iudeis sed etiam
secundum deitatem qua sum patri equalis.

Non reprehenditur iohannes quia amore
fatiebat. sed docetur ut noverit infirmiores
esse firmioris que distantia. quia dominus
et si remunerat fortiores non excludit
infirmos.

B. Apostoli adhuc rudes et modum iudican
di ignorantes. non ex amore correctio
nis aliorum vel fugiende malitie in illis.
sed ex odio vindictam desiderant. hanc autem
ignorantiam dominus reprehendit.
postquam vero eos de vera proximi dile
ctione docuit aliquando potestatem
tribuit. tales vindictam exercendi. sic
petro in ananiam et uxorem eius quo
rum mors viventibus utilem metum
incussit. et in illis qui puniebantur
peccatum quod augeri poterat si viverent
finivit. sed hoc raro in novo testamento
non ex amore servitutis sepius in veteri

velatum ante
eos. ut non sen
tirent illud
et timebant
interrogare eum
de hoc verbo.
Intravit autem
in eos cogitatio.
quis eorum maior
esset. At ihesus in
telligens causas errorum
deus cogita
vivit desiderium glorie
tiones cordis eorum apprehen
eorum contentione humilitatis sanare.
dens puerum statuit eum
secus se. et ait illis. Quicumque susce
perit puerum in nomine meo
me recipit. et quicumque me re
Quia idem sum
cipit. recipit eum qui me mi
cum illo. *ex subiectione servitutis.*
sit. nam qui minor est inter
quasi nolite ambire primatum. sed
omnes vos hic maior est. Res
estote humiles.
pondens autem iohannes dixit. preceptor
vidimus quemdam

Quia videant petrum
et iacobum et iohannem in
montem seorsum du
ctos seorsum secretum
quod aliquod eis esse credi
tum. vel et petro super his
claves regni celorum
esse promissas. credunt
quod super eum esse edifican
dam tristes sunt tristes
tres ceteris vel omnibus
apostolis petrum esse
prelatum. vel quod vide
bant solutione petri
ipsi domino parifica
tum videant ipsum ce
teris preferendum arbi
trabantur. sed sciendum
istam questionem et anc
e tributi et post tributum
solutum esse factam.

Iohannes diligens do

o.

lectis excludendum
putat a beneficio qui
non utatur obsequio.
Id docetur neminem
a bono quod ex parte
habet esse arcendum.
Sed ad hoc potius quod
nondum est prouo
candum. tales etiam
ob aliorum salutem
admittendi censen
tur esse. Quod in hereti
cis uel in malis ca
tholicis non sacramenta
communia in quibus nobis
cum sunt ⁊ aduersus
nos non sunt. sed
diuisionem pacis uni
tatis contrariam qua aduer
sum nos sunt ⁊ domini
non secuntur nobiscum
detestari ⁊ prohibe
re debemus.

dam in nomine tuo ei
cientem demonia
et prohibuimus
eum. quia non sequitur te
nobiscum. ⁊ ait ad
illum ihesus. nolite pro
hibere. qui enim non
est aduersum uos pro
uobis est. Factum est
nente tempore quo pati decreuerat.
autem dum com
plerentur dies as
passionis
sumptionis eius.
et ipse faciem suam firmauit
ut iret in ierusalem. ⁊ misit nun
tios ante conspectum suum. ⁊ euntes
intrauerunt ciuitatem samaritanorum
hospicium
ut pararent illi. ⁊ non receperunt
eum. quia facies eius erat euntis ierusalem.
Cum uidissent autem discipuli eius iaco
bus et iohannes dixerunt. Domine
uis dicimus ut ignis descendat de celo

uel timore premebantur. talis potestas
scilicet uirtus a deo est collata.

Ad sermones istorum ignis de
celo descenderet. quia filii sunt to
nitrui.

Amb. Non peccant apostoli qui
legem secuntur. quia sciebant.
et phinees reputatum esse ad
iustitiam quod sacrilegos
interemerat. ⁊ ad preces helye
ignem descendisse ut prophete
uindicaretur iniuria. Et uin
dicatur qui timet. ⁊ uindictam
non querit qui non timet.

Obstinata ⁊ imperterrita mente
locum quo pati decreuerat petit.

B. Non semper in eos qui pec
cant est uindicandum. quia nunquam
amplius prodest clementia
ad patientiam lapso ad corre
ctionem. denique sic samarita
ni citius crediderunt a quibus
hoc loco ignis arcetur.

Samaritani quia conspiciunt
eum ire ierusalem non rece
perunt. quia non contuntur
iudei samaritanis.

In similitudine helye qui et
propria manu ⁊ igne diuinitus
impetrato presbiteros baal morte
affecit. ⁊ in hoc quod apostoli po
testatem talis prophete sibi presu
munt ostenditur in ipsis fu
isse meritum prophetarum.

Cuius spiritu signati estis eius

acta imitantium. nunc pie consulentes sed in futuro iuste iudicantes.

Perfecta virtus non habet studium ultionis nec ulla est iracundia ubi caritatis est plenitudo.

B. Iste signorum magnitudine motus voluit sequi ut ex imitatione operum quereret lucrum. unde et a domino repudiatur qui non obsequiorum speciem attendit sed affectus querit puritatem. dicit ergo tali fidei. quid me propter divitias et seculi lucra cupis sequi. ego tante sum paupertatis. ut nec hospitium quidem habeam. nec meo utar tecto. Vel miraculis motus propter inanem gloriam sequi voluit quam significant aves et finxit obsequium discipuli que fictio per vulpem signatur. reclinatio capitis humilitatem Christi signat que in illo simulatore et superbo non habebat locum. debet autem circumspectum fidei esse hospitium. nec dum infidelibus nostre domus interna reseramus in aliene perfidie casses propter nimiam credulitate labamur.

B. Mystice non revocatur ab officio patris filius sed fidelis secernitur a communione perfidorum quorum guttur est sepulcrum patens. qualis etiam erat hereticus quem supra vulpibus comparavit et avibus. est propria istorum sepultura. de qua dicitur. hec enim mittens hoc unguentum in corpus meum ad sepeliendum me fecit. et ideo qui bona fide in se sepelit Christum. ut cum eo resurgat diaboli perfidiam in se sepelire non debet.

et consumat illos. et conversus increpavit illos dicens. nescitis cuius spiritus estis. filius enim hominis non venit animas perdere. sed salvare. et abierunt et aliud castellum. Factum est autem ambulantibus illis in via dixit quidam ad illum sequar te quocumque ieris. et ait illi Ihesus. vulpes foveas habent et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. ait autem ad alterum. sequere me. ille autem dixit. domine

¶ In tuo humili pectore

humilitatis divinitas non habet ubi familiari quiescat mansione.

¶ Contra hic quem vocat sine culpa erat.

In proximo egerat de receptione humilium. nunc subiungit de exclusione superborum. post docet humiles elatis preponere maiora bona minoribus.

B. Vulpes animal fallax est insidiis intendit rapinas fraudis exercens et inter ipsa hominum hospitia in foveis habitans. ita hereticus domum fidei non habens alios in suam fraudem trahit et a fide seducit.

Attende dominum non culpas aspernantem sed fraudes qui repudiat fraudulentum. elegit innocentem sed eum cuius sciebat patrem mortuum. illum patrem de quo dicitur. oblivisce domum patris tui.

Quem miserat dominus imprudentem vocat, quem discipulatum si respuit dignus est in quo divinitas quiescat; sed post pietate funeris expleta liberior sequi desiderat. Sed dominus docet minora bona pro utilitate maiorum esse pretermittenda. Maius enim est animas mortuorum predicando suscitare quam corpus mortuum in terra abscondere.

Si discipulus dominum secuturus arguitur vel quod domui renuntiare velit, quid fiet illis qui nulla utilitate sepe visitant domos suorum quas reliquerant.

Per hoc quod binos mittit innuitur quod nemo predicatoris officium debet suscipere qui erga alium caritatem non habet. Vel bini mittuntur quia animalia bina missa sunt in archam, id est masculus et femina.

permitte mihi primum ire et sepelire patrem meum. Dixitque ei Ihesus: *(id est non credentes mortui)* Sine ut mortui *(id est qui de corpore sine fide exierunt)* sepeliant mortuos suos. Tu *(mortuis relinque. hoc)* autem vade et *(mandatur electis)* annuntia regnum dei. Et alter ait: Sequar te domine, sed primum permitte mihi renuntiare his que domi sunt. Ait ad illum Ihesus: Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei.

X

Post hec autem designavit dominus et alios lxxii.

